Quelle:
Copyright:

Cod: CCCIV.

Chartac: Fol: Sæc: 15 et 16.

2
5.11.

Lamberti de Monte Dñi quæstio de Salvatione Aristotelis.

Lamberti de Monte Domini quæstio de Salvatione Aristotelis. Titulus operis est: "Quæstio magistralis a venerando magistro Lamberto de Monte artium ac sacre theologie professore eximio vigilantissime congesta. Ostendens per auctoritates scripture divine quid juxta saniorem doctorum sententiam probabilius dici possit de salvacione Aristotelis Stagenite nati Nicomaci Grecorum omnium sapientissimi.

"Livida ne timeas rabidi canis ora libelle
Ibis in adversos: qui tueatur habes."

Hæc excipit Epigramma in Lambertum, quod utpote Hartzhemio in Bibl: Colon: incognitum, addere liceat.

In eximium excellentemque Artium et sacre Sophie professorem Dominum Lambertum de Monte

Epigramma.

Te decet eterne vir solertissime fame
Munus: et in nullo laus obitura die.
Te Lamberte senes clari. juvenesque loquentur
Et Mons a cujus nomine nomen habes.
Aurea te celebrat scripture pagina sancte
Te memorant turbe quelibet ora bone
Nunc iterum sensit tua fabula leta juventus
Fabula delicias inter habenda sacras.
Pergue Nicomaci latebrosa volumina nati
Scire licet. toto credite vela freto.
Credite vela freto. tutum mare reddidit. ante
Quod nisi cum scopulis ventq et unda fuit.
Commento juvit anime phisicesq salebras
Non intellecti quo carnere libri.